

predicatas contra harum tenorem faciendas irriterat.

Clausulas prefatas ad iungit.

Contraria tollit.

Dat. die 12. Nov. 1621. An.I.

seu voti, & juramenti eorumdem commutationes, contra presentium tenorem quodcumque faciendas, nullas, irritas, & inanes, nulliusque roboris, vel momenti.

§. 7. Presentium vero literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, inviolabiliter observari debere, irritumque, & inane, quicquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 8. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub Anulo Piscatoris, die duodecima Novembris 1621. Pont. Nostri Anno Primo.

X L I.

De electione Summi Romani Pontificis.

Alia de hac materia electionis Papa a diversis Pontificibus hactenus edita fuerant Constitutiones, quarum nonnullae sunt in Corpore Juris, ubi videre poteris dispositionem Symmachi relata in cap. 2. dist. 79. Nicol. II. c. 1. dist. 23., & Alexand. III. in cap. 6. de electione. Necnon Greg. X. in cap. 3. eod. tit. lib. 6., ac Clement. V. in Clem. II. Ne Rom., eod. tit.

GREGORIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Exactissima cura, & diligentia adhibita est in electione summi Romani Pontificis, & ideo aliquot Rom. Pontificum, & Sanctorum Patrum decreta non rite, & recte peragenda electione edita fuerunt. Sed salubriori remedio Pontifex iste locum esse cognovit, propterea plenius desuper, infra disposuit.

Aeterni Patris Filius, Magister, & Legislator noster Christus Dominus, cuius omnis actio nostra est instructio, licet portaret omnia verbo virtutis suae, nec esset quicquam absconditum ab oculis eius, tamen priusquam ad Apostolatus munus duodecim Apostolos eligeret, & nominaret, quod alias unquam fecisse in scripturis non legimus, pernoctare voluit in oratione Dei, & antequam B. Petro ovium suarum curam committeret, tertium repetita interrogatione, trinam extare aeterni amoris eius professionem: Nos scilicet erudiens, quanta diligentia, cautione, & cura in omnium Pastorum electione adniti debeamus, ut boni eligantur, & fideles, praesertim vero in Beati Petri successorem, qui Orbis est lumen, Doctor gentium, & Pastor Pastorum. Quapropter latis etiam admonemur, nihil eorum, quae ad electionis Romani Pontificis negotium cautius, & melius transigendum conducunt, omitti debere: salus enim non unius membri, sed totius corporis agitur, cum de capite consulitur. Igitur, etsi diversis se. re. Romanorum Pontificum Praedecessorum nostrorum, & Sanctorum Patrum decretis salubriter provisum est, ut ejus electio rite, & recte peragatur, & in eam non caro, & sanguis, aut humana sapientia, quae stultitia est apud Deum, domine-

tur, sed Spiritus Sancti gratia omnia dirigantur, & gubernentur: nihilominus, ut dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam, experientia cumpertum est, salubriori remedio locum non deesse. Nos igitur, quos posuit Dominus, licet nullis suffragantibus meritis, regere Ecclesiam suam, ne in extremo die praetermissi officii in re tanti momenti a Nobis ratio a districto Iudice exigatur, quod multorum etiam votis, & postulationibus multum expetitur est, Sancti Spiritus adspirante gratia, faciendum decernimus.

§. 1. Matura itaque cum Venerabilibus Fratribus nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus deliberatione habita, & eorumdem Fratrum consilio pariter, & assensu, hac nostra perpetuo valitura Constitutione, statuimus, decernimus, & declaramus, in posterum electionem Romani Pontificis fieri aliter non posse, quam Conclavi, & eo clauso, ac post celebratum in eo prima die Sacrosanctum Missae solitum Sacrificium, cui Cardinales interesse, & in eo communicare consueverunt, ac per secreta Schedulingum suffragia duarum ex tribus partibus Cardinalium in Conclavi praesentium; praeterquam si omnes, & singuli Cardinales similiter in Conclavi praesentes, nemine dissentiente, aliquibus ex eorumdem Collegio Cardinalium committerent eligendi potestatem, ut vice omnium Ecclesiae Catholicae providerent de Pastore: aut nisi communiter ab omnibus, & singulis Cardinalibus, qui itidem in Conclavi praesentes erunt nemine pariter dissentiente, quasi per inspirationem nullo praecedente de persona speciali tractatu, per verbum, *Eligo*, intelligibili voce prolaturum, aut scripto, si voce fieri non potuerit, expressum, fuerit celebrata.

§. 2. Numerum autem Suffragiorum duarum ex tribus partibus Cardinalium in Conclavi praesentium, ut electio per viam Scrutinii, sive Scrutinii, & accessus valida sit, decernimus, & declaramus ita esse censendum, ut in duabus tertiis partibus Suffragium electi non numeretur, nec quicquam, sive Scrutinii, sive Scrutinii, & accessus, sive compromissi via procedatur, se ipsum eligere, seu suffragium sibi dare ullatenus possit. Electi tamen persona, si in Conclavi sit, debeat in numerum Cardinalium computari.

§. 3. Rursus nemo per viam Scrutinii, seu Scrutinii, & accessus habeatur pro electo, nisi publicatis omnibus suffragiis, & electi, si numerum tantummodo duarum ex tribus partibus habuisse compertum sit, etiam schedulis apertis.

§. 4. Ac si contingat plures in schedulis nominatos, duas tertias partes suffragiorum tuisse, in suffragiorum paritate neuter sit electus, in imparitate vero, qui numero suffragiorum superior erit, dummodo duas tertias partes, etiam in uno suffragio excedat, electus censeatur.

§. 5. Insuper in unoquoque Scrutinio, antequam schedula in calicem mittatur, a quo-

Tribus dumtaxat modis PP. eligi posse decrevit scilicet per Scrutinium, per compromissum, & per quasi inspirationem.

Et neminem per viam Scrutinii, vel Scrutinii, & accessus, & viam compromissi se ipsum eligere posse.

In Scrutinio, vel Scrutinio, & accessu necessarium esse suffragiarum publicationem.

In suffragiorum paritate neminem electum esse, & in imparitate electum dici, qui ultra duas partes in uno suffragio superior erit.

Juramentis a quolibet Cae-

din, in serendo suffragio praestandi formam praestabit.

Qualitatem quoque inscriptionis, & Schedulingum signa pro suffragiis.

Complicationemque obligationem, & apertionem, dictarum Schedulingum.

Quando suffragium accessus nullum sit declarat: & quando Schedulingum aperiantur in ea etiam parte, ubi est nomen eligentis.

Nomen electi quomodo in Schedulingis scribendum, & ubi debeat fieri Schedulingum inscriptionem declarat.

quolibet Cardinalis juramentum alta, & intelligibili voce fiat his verbis. *Testor Christum Dominum, qui me iudicaturus est, me eligere quem secundum Deum iudico eligi debere. & quod idem in accessu praestabo.* Et hoc juramentum a nullo omittatur.

§. 6. Suffragiorum autem Schedulingum huiusmodi, tam Scrutinii, quam accessus, ubi fieri potuerit, impressa omnino esse debeant: ubi non potuerit, unius tantum manu scripta sint, ita videlicet, ut tam impressa, quam ita scripta: ea omnia, quae in Schedulingis huiusmodi exprimi solent, contineant, praeter sola nomina, seu denominationes eligentis, & electi, & infra scripta signa, quae omnia manu ejusdem eligentis scribantur, & nomen quidem eligentis in prima parte Schedulingum, electi vero in sequenti, & rursus electi, quantum fieri poterit, character alterato, ita ut cognosci non possit: eaque Schedulingum pars, in qua erit eligentis nomen, claudetur, ac sigillo ad hoc parato, ac secreta habito, non autem eo, quo quisque uti solet, obfignetur. Ut autem videri possit, ne qui alicui accessit, eidem in Scrutinio suffragium dederit, Schedulingum omnes duobus aliis signis in ultima parte fignentur, numero nempe aliquo, & brevis dicto sacrae Scripturae, vel alio huiusmodi, quae signa in utraque Schedulingum, tam Scrutinii, quam accessus eadem sint.

§. 7. Postea vero pars illa Schedulingum, ubi haec signa erunt, etiam compliceatur, & obfignetur, ne a Scrutatoribus videri possit, nisi postquam fuerit per Scrutinium, & accessum electio perfecta, quo casu Schedulingum accessus a Scrutatoribus ea in parte, ubi duo praedicta sunt signa, aperiantur, iisque inspectis, & earum sigillis, alia Schedulingum cum iisdem signis notata, & in Scrutinio data reperiantur, ut videlicet, an duo haec signa, & sigillum eadem sint cognoscatur, & inde duo suffragia ab eodem Cardinali uni data non fuisse appareat.

§. 8. At si inter Schedulingum Scrutinii nulla reperietur iisdem signis notata, quibus Schedulingum accessus signata erit, aut si quis eidem accesserit, quem in Scrutinio nominaverit, utroque casu suffragium accessus nullum sit. Subscripto autem, seu nomen eligentis resignari non possit, nisi contingat, ut sigillum, & alia duo praedicta signa sint eadem cum signis, & sigillo alicujus alterius Cardinalis, aut alia difficultate cogente.

§. 9. Quod autem attinet ad nomen electi, illud eo modo a Cardinalibus scribatur, quomodo in folio impresso, ubi in Conclavi notari suffragia solent. Praeterea, ut secreto cautius consulatur, Schedulingum suffragiorum conficiantur una, seu pluribus in mensis, in media Cappella constitutis, ita e Cardinalibus remotis, & circumspicis, ut quid scribatur ab aliis videri non possit. Si quis vero ad mensam accedere, impeditus valetudine non poterit, is suffragium suum in loco suo secreta conficere debeat, & ad illud accipiendum ultimum Scrutatorum accedat.

Bull. Rom. Tom. V. Par. IV.

§. 10. Et ut accessus secreta etiam peragatur, Scrutinio publicato, si electio per consensum duarum partium in eo non fuerit celebrata, statim antequam ad alios actus deveniatur, Cardinales Schedulingum pro accessu formatam praedictis in mensis conficere, sicut in Scrutinio, teneantur. Porro usus Schedulingum pro accessu talis erit. Qui accedere alicui ex nominatis in Scrutinio voluerit, ejus nomen scribet, qui vero noluerit, ne cognosci possit eum nulli accedere, in loco nominis scribat *nemini*.

§. 11. Nulli autem, tam in Schedulingum Scrutinii, quam accessus plures nominare liceat, alioquin suffragium, in quo plures fuerint nominati, nullum sit, accedere tamen uni ex nominatis a se in dicta Schedulingum, vel alii, dummodo aliquod aliud suffragium in eodem Scrutinio tulerit, non prohibeatur, & in numerum Cardinalium in Conclavi praesentium numeretur.

§. 12. Neque in quolibet Scrutinio, nisi semel accedere liceat, neque per accessum ab alterius nominatione in Scrutinii Schedulingum facta recedi, decernimus, & declaramus.

§. 13. Insuper antequam Schedulingum, sive Scrutinii, sive accessus a Scrutatoribus aperiantur, omnes ab iis diligentissime palam numerentur, & si plures reperere fuerint, quam sint Cardinales in Conclavi praesentes, omnes comburantur, & iterum ad suffragia statim deveniatur.

§. 14. Si quis autem aliquid ex supra expressis non servaverit, aut quomodoque directe, vel indirecte in aliquo contravererit, sententiam excommunicationis ipso facto incurrat.

§. 15. Praeterea statuimus, & ordinamus, quod si aliquem infirmitas impederit ad Scrutinium venire, ad eum adire debeant tres Cardinales, forte ante Scrutinium, ut infra ad hanc rem ex omnibus Cardinalibus per ultimum Diaconorum extracti, cum capsula praeforata, sed inani, & palam a Scrutatoribus clausa, cujus clavis super altare remaneat, & Schedulingum impressam illi deferre, ipseque illam sicut alii Cardinales, praevio juramento superscripto, secreta conficere teneatur, deinde in capsulam coniciat, eaque per eosdem Cardinales relata, & aperta, in calicem Schedulingum mittatur. Publicato deinde Scrutinio, si accessus agendus erit, ut etiam infirmi accedere possint, unum ex foliis, in quibus nomina Cardinalium, & suffragiorum numerus notantur, a tribus Cardinalibus praedictis sumatur, & palam recognito numero suffragiorum, quae quisque in Scrutinio tulerit, ad infirmum una cum alia impressa Schedulingum, pro accessu parata, & cum eadem capsula ab iis deferatur. Infirmitas vero alicui accedere, vel nemini accedere debeat, omniaque, & singula serventur, quae de Scrutinii Schedulingum supra ordinata sunt, sub eadem excommunicationis latae sententiae poena. At si quis scribere valetudine impeditus, per alium praevio juramento, ab eo qui scribit praestando, de

Ac quando sit locus accessus, & quomodo fieri debeat.

Tam in Scrutinio, quam in accessu plures nominari posse vetat.

Semel accedere in uno Scrutinio, & per accessum non recedi a nominato decernit.

Numeratio Schedulingum quomodo fiat, & quid si numero Cardinalium illarum non respondeant, declaratur.

Aliquid de praedictis non observanti, excommunicationis poenam infligit.

Suffragia a Cae. infirmis in Scrutinio, & accessu quo modo ferenda sint.

E e e

fer-

De Scrutato-
rum electione
Secreto ser-
vando, Schem-
dulisque com-
burendis.

servando secreto, quod sub eadem excom-
municationis poena servari mandamus,
subscriberi libere possit.

§. 16. Ad hæc Scrutatores tres, sicut
& tres alii Cardinales, qui ad infirmorum
suffragia deferenda proficiuntur, ex om-
nibus Cardinalibus presentibus in Conclavi
nulla ordinis servata distinctione, forte im-
mediate ante quodlibet Scrutinium per ul-
timum Diaconorum extrahantur, & qui se-
mel extracti fuerint in vas iterum conij-
ciantur; alioquin si quis contrafecerit si-
cut si Scrutatores, vel recognitores aliquid
secreti in exercendo suo officio cognove-
rint, & illud revelaverint, eandem late
sententiæ excommunicationem incurrant.
Finito Scrutinio, & accessu, sive electio se-
quuta sit, sive non sit, tres alii Cardinales,
forte pariter, ut supra, extrahendi, Schedu-
las omnes recognoscere debeant, sigillo
tamen, & duobus aliis signis, si aperta non
fuerint, intactis remanentibus. Quæ om-
nes, & singule Schedule, sive sequuta,
sive non sequuta electione, postmodum sta-
tim palam comburantur.

Et etiam
quoties in die
& quando fieri
debeat Scru-
tinium, vel com-
promissum
nec non quam
poenam incur-
rant non ob-
servantes.

§. 17. Similiter ne electio protrahatur,
statuimus, & ordinamus, ut sub simili ex-
communicationis poena eo ipso incurren-
da, Scrutinium bis singulis diebus peraga-
tur, ita ut etiam perficiatur, mane scilicet
post solitam Missam, & prima quidem die
tantum post Cardinalium sacram peractam
communione, & pomeridiano tempore
hora opportuna, post Hymnum *Veni Creator
Spiritus*, & orationem de Spiritu Sancto
idemque si compromissi via eligatur, ob-
servari debeat: atque ad Scrutinium, cum
tertium pulsata per loca solita Conclavis
campanula de more fuerit, omnes, & sin-
guli Cardinales convenire debeant, valetu-
dine non impediti, sub eadem excommu-
nicationis late sententiæ poena.

Pactiones
promissiones,
signa, & alia
tam respectu
inclusionis
quam exclu-
sionis, &c. sub
poena excom-
munic. prohib-
bet.

§. 18. Cardinales præterea omnino ab-
stineant ab omnibus pactionibus, conven-
tionibus, promissionibus, intendimentis,
condictis, foederibus, aliisque quibuscum-
que obligationibus, minis, signis, contra-
signis suffragiorum, seu Schemdularum, aut aliis,
tam verbo, quam scripto, aut quomodo-
documque dandis, aut petendis, tam res-
pectu inclusionis, quam exclusionis, tam
unius personæ, quam plurium aut certi ge-
neris, veluti creaturarum, aut hujusmodi,
seu de suffragio dando, vel non dando: quæ
omnia, & singula, si de facto intervenerint,
etiam juramento adjecto, nulla, & irrita,
neque ad eorum observantiam quemquam
teneri, aut ex transgressione notam incur-
rere fidei non servata decernimus, & de-
claramus, & contrafacientes ex nunc ex-
communicationis poena innodamus: tracta-
tum tamen pro electione habendos vetare
non intelligimus.

Quæ electio-
nem Rom.
Pont. nullam
reddant po-
na quo eligen-
tium, & ele-
ctorum con-

§. 19. Quod si electio hujusmodi alibi
celebrata fuerit, quam in Conclavi clauso,
vel aliter quam per secreta Schemdularum
suffragia duarum ex tribus partibus Cardi-
nalem in Conclavi presentium in Scru-
tinio, seu Scrutinio, & accessu, electi suffra-

gio non computato, vel per viam compro-
missi, ab omnibus Cardinalibus similiter in
Conclavi presentibus, nemine dissentiente,
initi, & ita ut nemo seipsum elegerit, vel
quasi per inspirationem nullo præcedente
de persona speciali tractatu, omnium pari-
ter Cardinalium presentium in Conclavi
communiter, nemine itidem dissentiente,
per verbum *Eligo*, intelligibili voce prola-
tum, aut scripto, si voce non potuerit, ex-
pressum, nulla sit, & invalida eo ipso, abs-
que ulla declaratione, & ita electio nullum
jus tribuat: quin immo is non Apostolicus,
sed Apostaticus sit, & habeatur, & tam ipse,
quam eligentes, ejusque fautores, & com-
plices sententiam excommunicationis, &
anathema, aliaque censuras, & poenas in-
vavoribus Sedis Apostolicæ a sacris Canonibus,
& Constitutionibus apostolicis im-
positas, pariter ipso facto incurrant, a qua,
sicut ab alia quacumque in hac Constitutio-
ne imposta, & irrogata, seu infra impo-
nenda, & irroganda poena excommunicationis
tam ipsi, quam quilibet alius, sive S.R.E.
Cardinalis, sive alia persona cujuscumque
gradus, conditionis, dignitatis, & præ-
minentiæ a nullo, neque etiam a Majori
Poenitentiario, cujuscumque facultatis vi-
gore præterquam a Romano Pontifice nisi
in mortis articulo absolvi possit, & tam
ipse, ejusque complices, & fautores, quam
alii quicumque, etiam S. R. E. Cardinales
hujus Constitutionis in aliquo transgresso-
res aliis gravissimis poenis teneantur, futuri
Pontificis canonice intrantis arbitrio irro-
gandis.

§. 20. Postremo statuimus, & districte
præcipiendo mandamus, ut S. R. E. Cardi-
nales, quæcumque secretum violare quo-
modolibet poterunt, omnia evitare, &
cavere omnino teneantur, cum intentio,
& mens nostra sit electionis hujusmodi tam
sanctum negotium, si fiat per Scrutinium,
seu Scrutinium, & accessum, ut præfertur,
secretissime transigatur, ac proinde iisdem
omnibus, & singulis S.R.E. Cardinalibus, &
eorum sacro Collegio inhibemus, ne con-
tra hæc, vel horum aliquid statuerent, dispo-
nere, vel ordinare, seu in aliquo corrigere,
alterare, mutare, seu aliquo modo facere,
tractare, moliri, vel attentare præsumant
quovis prætextu, causa, vel exquisito colo-
re sub eadem excommunicationis poena ipso
facto incurrenda.

§. 21. Ut autem hujusmodi nostra Con-
stitutio inviolabiliter observetur, tres Car-
dinales, qui singulis diebus Congregationibus
agendis præpositi sunt, & cum iis S.R.E.
Camerarius illam in omnibus, & per om-
nia observari procurent, & faciant.

§. 22. Volumus etiam, & decernimus,
censurarum, & excommunicationum præ-
dictarum, & aliarum quarumcumque præ-
textu, vel causa Cardinales a summi Pont.
electione activa, & passiva excludi nullo
modo posse, quas quidem censuras, & ex-
communicationes ad effectum hujusmodi
electionis tantum, illis alias in suo robore
permanentibus, suspendimus: decernentes,
cas-

tra hujus Co-
stit. forum
tradit.

Secretum in
electione Pa-
pa observari
percipit. Et
mutacionem,
aut alteratio-
nem hujus
Constit. Cardi-
nalibus fieri
prohibet.

Hujus Const.
Executores
deputat.

Cardinales
censuris irro-
gatis ab electione
Pont. non ex-
cludi decer-
nit.

Adhortatio ad
Cardinales.

easdem excommunicationes, & censuras
eos solum afficere, qui deliquerint, non au-
tem alios, Conclavi durante, qui cum iis
conversati fuerint.

§. 23. Cæterum, etsi opus non esse in
Domino confidimus, tamen pro officii no-
stri debito, & rei de qua agitur gravitate,
admonemus, hortamur, & in Domino
obsecramus S. R. E. Cardinales, ut attente
considerent personam, quam sustinent, offi-
cium, & dignitatem, quam sacrum præte-
rea, & quanti momenti sit opus, quod
tractant, & nihil quod se non deceat, nihil
a re alienum committant, sed cogitent,
quam perniciosum futurum sit universæ Ec-
clesiæ, Christi sanguine acquisitæ, si male
administretur; ac proinde exuant omnes
mundanas curas, & induant solum Domi-
num nostrum Jesum Christum memores,
nihil prodesse homini, si universum Mun-
dum lucretur, anima vero suæ detrimen-
tum patiatur. Denique animum advertant,
se in Conclavi clauso editissima in specula
constitutos esse, & factos spectaculum Deo,
& hominibus, a Domino, cujus negotium
gerunt, supplicii, vel gloriæ sempiternæ
retributionem citissime laturos.

Derogatio
contractionum

§. 24. Non obstantibus quatenus opus
sit, re. Alexandri Papæ III. Prædecessoris
nostri in Concilio Lateranen. edita, quæ
incipit: *Licet de vitanda*, & aliorum Ro-
manorum Pontificum Prædecessorum no-
strorum, etiam in Conciliis generalibus
promulgatis Constitutionibus, & ordinatio-
nibus apostolicis, etiam in corpore juris
clausis, quibus omnibus, & singulis, quate-
nus pariter opus sit, eorum omnium, &
singulorum tenores, perinde ac si ad ver-
bum exprimerentur, pro expressis, & in-
sertis habentes, pro hac vice dumtaxat, il-
lis alias in suo robore permanentibus, specia-
liter, & expresse derogamus, cæterisque
contrariis quibuscumque.

Juramentum
super hujus
Constit. obser-
vanda præstan-
dum.

§. 25. Volumus quoque, presentes
nostras coram omnibus in prima Congre-
gatione post obitum Pontificis fieri solita,
& deinde post Conclavis ingressum, & cum
quis ad Cardinalatus honorem promotus
fuerit, cum aliis similibus Constitutionibus
legi, & juramentum super illius observatio-
ne præstari, & ita præcipimus, & man-
damus.

Alia similes
Constit. ser-
vanda his, que
presenti non
advertantur.

§. 26. Quibus Constitutionibus, & pœ-
nis in eis contentis, nisi in superius expres-
sis per hanc nostram derogare non intendi-
mus, sed eas in sui roboris firmitate relin-
quere. Sperantes etiam Romanos Pontifices
qui pro tempore canonice eligentur, omni
studio curaturos, ut quæ nostris hujusmodi,
& in eis salubriter statuta sunt, inviolabili-
ter, ac etiam si opus fuerit, per poenarum
ipsarum contra transgressores exequutio-
nem, observentur.

Public. hujus
Constit. in Ur-
be fieri, & fa-
ctam omnes
Card. etiam
absentes, &
futuros, &
alios quos-

§. 27. Denique volumus, easdem præ-
sentes in Valvis Basilicarum Sancti Joannis
Lateranen., ac Principis Apostolorum de
Urbe, ac Cancellariæ Apostolicæ, nec non
in Acie Campi Floræ per Curiores nostros
affigi, & publicari, ac eorum exempla ibi
Bull. Rom. Tom. IV. Par. IV.

dem affixa dimitti, & deinde omnes, & sin-
gulos Cardinales tam absentes, quam præ-
sentes, modernos, & qui pro tempore
erunt, & alios quoscumque, quorum interest,
vel interesse poterit quomodolibet in futu-
rum, afficere, & ligare, nullamque harum
ignorantiam prætereire posse, ac si eis per-
sonaliter intimata forent, præmissis, cæte-
risque contrariis quibuscumque non ob-
stantibus.

Sanctionem
que venalem
adjungit.

§. 28. Nulli ergo omnino nominum lic-
ceat hanc paginam nostrorum Statutorum,
Decretorum, Declarationum, Mandato-
rum, Innodationis, Voluntatis, Admoni-
tionis, Hortationis, Obsecrationis, Inhibi-
tionis, Derogationis, Præcepti, & suspen-
sionis infringere, vel ei ausu temerario con-
trariare. Si quis autem hoc attentare præ-
sumperit, indignationem Omnipotentis
Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolo-
rum ejus se noverit incursum.

Sanctionem
que venalem
adjungit.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum,
Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo,
sexcentesimo vigesimo primo, decimo septi-
mo kal. Decembris, Pontificatus Nostri
Anno Primo.

Dat. die 19.
Nov. 1621.
An. I.

✱ Ego Gregorius Catholi-
cæ Ecclesiæ Episcopus.

Papæ subscri-
ptio.

- ✱ Ego Antonius Cardinalis Saulius Episcopus
Ostien. promitto, voveo, & juro.
- ✱ Ego Franciscus Maria Cardinalis a Monte
Episcopus Portuen., promitto, voveo,
& juro.
- ✱ Ego Franciscus Cardinalis Sfortia, Epi-
scopus Tuscanus promitto, voveo,
& juro.
- ✱ Ego A. Cardinalis Montaltus Episcopus
Albanen. S. R. E. Vicecancellarius, pro-
mitto, voveo, & juro.
- ✱ Ego Odoardus Cardinalis Farnesius, Epi-
scopus Sabinen., promitto, voveo, &
juro.
- ✱ Ego Octavianus Cardinalis Bandinus, Epi-
scopus P. vanesinus, promitto, voveo,
& juro.
- ✱ Ego Andreas Cardinalis Perretus, pro-
mitto, voveo, & juro.
- ✱ Ego B. Cardinalis Bevilacqua, promitto,
voveo, & juro.
- ✱ Ego F. tit. S. Prædix, Presb. Card. do
Sourdus promitto, voveo, & juro.
- ✱ Ego Jo. Baptista tit. SS. Marcellini, &
Petri, Card. Detus, promitto, voveo,
& juro.
- ✱ Ego Dominicus SS. Apostolorum, Presb.
Card. Gymnasium, promitto, voveo,
& juro.
- ✱ Ego Carolus tit. S. Casareus Presb. Card.
Madruus, promitto, voveo, & juro.
- ✱ Ego S. tit. S. Ghirgonesi Presb. Card.
Borghesius, Major Penitentiarius,
promitto, voveo, & juro.

Card. sub-
scriptions.

- * Ego M. tit. S. Onuphrii Presb. Card. Barberinus, promitto, voveo, & juro.
- * Ego Jo. Garzia tit. S.S. Quatuor Coronatorum Presb. Card. Millinus, promitto, voveo, & juro.
- * Ego M. tit. S.S. Quirici, & Julita Presb. Card. Lantes, promitto, voveo, & juro.
- * Ego M. Angelus Tonus tit. S. Petri ad Vincula, Presb. Cardinalis Nazareus, promitto, voveo, & juro.
- * Ego F. tit. S. Augustini Presbyt Verulus, promitto, voveo, & juro.
- * Ego Jo. Bapt. tit. S. Cecilia Presb. Card. Lenus, promitto, voveo, & juro.
- * Ego Dominicus tit. S. Martini in Montibus, Presb. Card. Rivarola, promitto, voveo, & juro.
- * Ego P. tit. S. Maria de Populo, Presb. Card. Philonardus, promitto, voveo, & juro.
- * Ego P. Paulus tit. S.S. Nerei, & Achillei, Presb. Card. Crescentius, promitto, voveo, & juro.
- * *
- * *
- * Ego Gaspar tit. S. Crucis in Hierusalem, Presb. Card. Borgia, promitto, voveo, & juro.
- * Ego Robertus tit. S. Alexii Presb. Card. Ubaldinus, promitto, voveo, & juro.
- * Ego Tiberius tit. S. Prisca Presb. Card. Mutus, promitto, voveo, & juro.
- * Ego Gabriel tit. S. Pancratii, Presbyt. Card. de Trejo, promitto, voveo, & juro.
- * *
- * *
- * Ego Petrus tit. S. Thome in Parione, Presb. Card. Camporeus, promitto, voveo, & juro.
- * Ego Mattheus tit. S. Marci, Presbyt. Card. Priolus, promitto, voveo, & juro.
- * Ego S. Presbyt. Cardinalis S. Susanne S. R. E. Biblioth. promitto, voveo, & juro.
- * *
- * *
- * Ego Guido tit. S. Joannis ante Portam Latinam, Presb. Card. Bentivolus, promitto, voveo, & juro.
- * Ego Petrus tit. S. Salvatoris in Lauro, Presb. Card. promitto, voveo, & juro.
- * Ego Fr. Fridericus Presb. Cardinalis de Zolrelen, promitto, voveo, & juro.
- * Ego Cesar tit. S. Petri in Monte Aueo, Presb. Card. Gberardus, promitto, voveo, & juro.
- * Ego Fr. Desiderius tit. S. Clementis, Presb. Card. de Cremona, promitto, voveo, & juro.
- * Ego Stephanus tit. S. Maria in Via, Presb. Card. Pignattellus, promitto, voveo, & juro.
- * Ego L. Card. Ludovisus, tit. S. Maria de Transpontina S. R. E. Cam., promitto, voveo, & juro.
- * Ego Franciscus tit. S. Matthai in Meru-

- ana, Presb. Cardinalis Sacratas, promitto, voveo, & juro.
- * Ego M. Ant. tit. S. Eusebii, Presb. Card. Gozadinus, promitto, voveo, & juro.
- * Ego Alexander S. Maria in Via lata Diaconus Cardinalis Esten., promitto, voveo, & juro.
- * *
- * *
- * *
- * *
- * *
- * Ego Franciscus, S. Angeli in Foropiscium, Diaconus Cardinalis Boncompagnus, promitto, voveo, & juro.
- * Ego Hippolytus S. Maria Nova, Diac. Card. Aldobrandinus, promitto, voveo, & juro.

Anno a Nativitate Domini Nostri Jesu Christi Milleesimo sexcentesimo vigesimo primo, Indictione quarta, die vero vigesima sexta Mensis Novembris. Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini N. D. Gregorii divina providentia Papa XV. Pontificatus sui primo. Introscripta litera Apostolica publicata, & affixa fuerunt ad Valvas Basilicarum S. Joannis Lateranensis, Principis Apostolorum de Urbe, ac Cancellaria Apostolica, & in Acie Campi Flora, dimissi ibidem eorumdem literarum originalibus appensis per aliquod temporis spatium, & exinde amotis, deinde dimissis eorumdem literarum copiis affixis, ut moris est, per nos Augustinum Bracherium, & Brandimartem Latinum praebati S. D. N. Papae Cursores.

Octavian Spada Magister Curforum.

XLII.

Clericis Regularibus Scholarum Piarum permittitur, tria solemnia vota emittant.

Hanc Congregationem ad pauperes scholares pie, & sine ulla mercede erudiendos, erexisse Paul. V. vide in Constit. CCLXVIII. Ad ca. ut supra fol. 226.

GREGORIUS PAPA XV.

Ad perpetuam rei memoriam.

IN supremo Apostolatus folio, meritis licet imparibus divina dispositione constituti, ad ea vigilantia nostrae partes libenter interponimus, per quae pia Clericorum Congregationes in Ecclesia Dei ad illius laudem, & gloriam provide, sancteque instituta, in perseverantia laudabilium operum incitentur, ac majoribus in dies proficiant incrementis.

§. 1. Cum itaque, sicut dilectus filius Josephus de Matre Dei Praefectus Generalis Congregationis Clericorum Pauperum Matris

Josephi Magist. Dei Praefecti Congr. Cleric. Pauperum

Publicatio facta in Urbe.

peram Matris Dei Scholarum Piarum Praefectus.

Decreto Congregationis Episcoporum, & regularium cuius examini remissa fuerant, approbata.

Illudque Gregorius Papa confirmat.

Claufulas praeservativas

Irregularis Decret. apponit.

Contractus quoque derogat.

Dat. die 18. Nov. 1621. An.

tris Dei Scholarum Piarum de Urbe, Nobis nuper exponi fecit, Clerici ejusdem Congregationis tria simplicia, Paupertatis scilicet, Castitatis, & Obedientiae vota emittant. Cumque perfectioris vitae studio ducti, simplicia vota praedicta per nos solemnia declarari, Nobis humiliter supplicassent.

§. 2. Venerabiles Fratres nostri S. R. E. Cardinales negotiis Episcoporum, & Regularium praepositi, quibus negotium hujusmodi mature examinan., & Nobis referent. commisimus, praedictam Congregationem nuncupatam Pauperum Matris Dei, olim Romae fel. rec. Clementis Papae VIII. Praedecessoris nostri auctoritate erectam, & per sanctae memoriae Paulum Papam V. Praedecessorum nostrum confirmatam, & prope Ecclesiam Sancti Pantaleonis de Urbe modo degentem, in Religionem trium votorum solemni approbati posse censuerint, prout in decreto desuper sub die 31. Augusti proxime praeteriti facto dicitur contineri.

§. 3. Nos piis Josephi, & Clericorum praedictorum votis hujusmodi, quantum cum Domino possumus, benigne annuere, eosque specialibus favoribus, & gratiis profere sequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequentem, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, applicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter potrectis inclinatis, Decretum praedictum apostolica auctoritate tenore praesentium approbamus, & confirmamus, illique perpetuae, & inviolabilis apostolicae firmitatis robur adiciamus, ac omnes, & singulos tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenierint, supplemus.

§. 4. Decernentes, praesentes literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac Josepho, & Clericis praedictis in omnibus, & per omnia plenissime suffragari.

§. 5. Atque ita per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus fuerit, his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, Provincialibusque, & synodalibus Conciliis editis, generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & ordinationibus, nec non quatenus opus sit, dictae Congregationis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscunque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 18. Novembris 1621. Pontificatus nostri Anno I.

Sequitur Communicatio omnium exemptionum, indultorum, & privilegiorum, quibuscumque Ordinibus Mendicantium, eorumque locis, & personis quomodolibet concessorum, & concedendorum.

GREGORIUS PAPA XV.

Ad perpetuam rei memoriam.

AD uberes fructus, quos dilecti filii Minister Generalis, & Clerici Congregationis Pauperum Matris Dei Scholarum piarum in Militanti Ecclesia, cujus regimini divina disponente clementia praedimus, in dies afferunt, mentis nostrae aciem convertentes, ac uberiores ex ipsa Congregatione fructus in dies proventuros esse sperantes, ad ea merito libenter intendimus, per quae Congregatio ipsa felicioribus in dies proficiat incrementis.

§. 1. Ut igitur Minister, & Clerici praedicti eo ferventius in suo laudabili instituto perseverent, quo majoribus se viderint favoribus, & gratiis munitos, providere volentes, ac singulares Ministri, & Clericorum praedictorum personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, applicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter potrectis inclinatis, Congregationi praedictae, illiusque Ministro, & Clericis, aliisque personis, ut omnibus, & singulis privilegiis, immunitatibus, libertatibus, facultatibus, exemptionibus, aliisque gratiis, & indultis, tam spiritualibus, quam temporalibus Ordinibus Mendicantium, illorumque Superioribus, Professoribus, nec non Ecclesiis, Monasteriis, regularibus locis, etiam per viam communicationis, vel extensionis, aut alias quomodolibet per quoscumque Rom. Pontifices Praedecessores nostros, ac etiam Nos quomodolibet concessis, & quibus ipsi, nec non Ecclesia, Monasteria, & Regularia loca hujusmodi de jure, usu, consuetudine, privilegio, aut concessione apostolica in genere, vel in specie, ac tam conjunctim, quam divisim, seu alias quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, dummodo tamen sint in usu, & non sint revocata, aut sub aliquibus revocationibus comprehensa, nec Sacris Canonibus, & Concilii Tridentini Decretis, aut Constitutionibus apostolicis repugnent, pari modo non solum ad eorum instar, sed pariformiter, & aequo principaliter, perinde ac si illis nominatim, & in specie concessa fuissent, uti, frui, & gaudere libere, & licite valeant, apostolica auctoritate tenore praesentium perpetuo concedimus, & indulgemus, dictaque privilegia, immunitates,

Procurium.

Elargitio, & communicatio privilegiorum, & gratiarum de quibus in rubrica.

libertates, facultates, exemptiones, gratias, & indulta eis communicamus, illaque ad eos extendimus.

§.2. Decernentes, presentes literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac Praeposito, & Clericis praedictis in omnibus, & per omnia plenissime suffragari.

§.3. Sicque per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus nostra de gratiis ad instar non concedendis, ac quibusvis Constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac quatenus opus sit, Ordinum praedictorum, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis; Quibus omnibus, & singulis, eorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 15. Octobris 1622. Pontificatus nostri Anno II.

XLIII.

Investitura Regni Siciliae Philippo IV. Hispaniarum Regi Catholico conceditur cum solitis conditionibus.

GREGORIUS PAPA XV.

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

Regis aeterni Jesu Christi Domini Nostri, per quem Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt, vices licet immeriti in Beati Petri Sede gerentes in Terris, dum omnibus Ecclesiis pastorem impendimus sollicitudinem, cura Ecclesiae Romanae, quae ab eodem Apostolorum Principe continuata successione ad humilitatem nostram divina providentia pervenit, praecipue, ut par est, sicut ex alto conceditur, invigilamus, & de Principatibus, Regnis, quorum eadem Ecclesia proprietatem habere dignoscitur, & directum Dominium, praedictorum Praedecessorum nostrorum Rom. Pontificum vestigiis insistentes, ita disponimus, ut Reges, & Principes, qui avita majorum suorum eximia pietate, & erga catholicam fidem, & Rom. Ecclesiam illius zelo toto Orbe resurgent, plane agnoscant a Nobis, & Sancta Sede Apostolica eorum merita, quanti cum Domino po-

test aestimari, ac favoribus, & gratiis, quotiescumque datur occasio, suas, ac suorum successorum personas decorari, & ipsi in religionis illius, quam eadem Ecclesia Rom. radix, & magistra Ecclesiarum docet, & docuit semper defensione, & quantum sibi conceditur, propagatione, ejusdemque Sanctae Sedis cultu, & reverentia confirmantur, & foveantur.

§.1. Dudum siquidem fel. rec. Julius Papa II. Praedecessor noster Regnum Siciliae, ac Hierusalem cum tota terra, quae est citra Pharam usque ad confinia terrarum Sanctae Romanae Ecclesiae, Civitate Beneventana cum ejus Territorio, & pertinentiis dumtaxat excepta, ad Jus, & proprietatem ejusdem Ecclesiae pertinens, & tunc ad ipsum Praedecessorem, & dictam Ecclesiam devolutum, quovis modo, & ex quavis causa illud ad eandem Ecclesiam devolutum esset, aut aliis ejus dispositio ad praedictum Praedecessorem pertineret, cum omnibus juribus, & pertinentiis suis cl. mem. Ferdinando Aragoniae, & utriusque Siciliae, ac Hierusalem Regi pro se, suisque in dicto Regno Aragoniae successoribus, & heredibus, tam masculis, quam foeminis ex eo recta linea descendentes certo tunc expresso modo natis, & nascituris in feudum perpetuum pro annuo censu, & sub diversis concessionibus, modis, formis, & adjunctionibus, promissionibus, clausulis, cautelis, voluntatibus, & ordinationibus etiam tunc expressis, sine tamen praedictis juris ipsi Ferdinando Regi aliis in eodem Regno forsitan competentis, cui tunc noluit derogari, de Fratrum suorum consilio pariter, & assensu, ex certa scientia, ac de apostolica potestatis plenitudine concessit, & elargitus fuit, dictam Civitatem Beneventanam cum ejus territorio, districtu, & pertinentiis per ipsum Praedecessorem, seu Rom. Pontificem distinctis, seu distinguendis cum eorum incolis, prout illam sibi dudum antea praedicta Ecclesia specialiter retinuerat, & reservaverat, sibi, & eidem Ecclesiae specialiter reservando, prout in ipsius Praedecessoris desuper confectis literis, in quibus idem Praedecessor inter alia voluit, quod dictus Ferdinandus Rex, & sui in dicto Regno Siciliae ultra Pharam heredes, & successores darent praedecessori, & Ecclesiae praedictis eorum Privilegium aurea Bulla bullatum, in quo proprio juramento faterentur, & recognoscerent expresse Regnum Siciliae, & Hierusalem, ac totam eorum terram, quae est citra Pharam usque ad confinia ejusdem Ecclesiae, excepta Civitate Beneventana praedicta, cum Territorio, districtu, & pertinentiis suis ex sola gratia, & mera liberalitate Sedis, & Praedecessorum praedictorum sibi, suisque heredibus, & successoribus fuisse concessa, & eos recepisse, & tenere Regnum Siciliae, & terram hujusmodi a Praedecessore, & Ecclesia praedictis, sub pactis, modis, & conditionibus tunc, ut praefertur expressis, plenius continetur.

§.2. Et deinde pia mem. Leo Papa X. etiam

Julius II. Siciliae Regnum in feudum concessit Ferdinando I. Aragoniae Regi, ejusque Successoribus.

Nonnullis additis conditionibus.

Leo X. eisdem legibus praedictum Regnum Carolo V. concessit.

etiam Praedecessor noster dictum Regnum Siciliae citra Pharam cl. mem. Carolo Rom. Imperatori semper Augusto tunc Romanorum, & Hispaniarum Regi Catholico, in Imperatorem electo in feudum eisdem modo, & forma, quibus per praedictum Julium Praedecessorem praedicto Ferdinando Regi concessam fuerat, & sub praedictis, quae tunc per eandem Sedem remissa non apparent, & certis aliis tunc expressis conditionibus de novo concessit, & de eo etiam ipsum Carolum Imperatorem investivit, & dictus Carolus Imperator per quondam Joannem Emanuele Aurei Velleris Equitem tunc in humanis agentem, & ipse Caroli Imperatoris apud Leonem Praedecessorem, & Sedem praedictos oratorem, & procuratorem specialem promisit, & se, ac omnes Regnum ipsum Siciliae vigore illius concessionum, tam per Julium, quam Leonem Praedecessores factorum pro tempore obtinentes obligavit ad inviolabiliter observandum, & adimplendum omnia in literis Julii Praedecessoris hujusmodi contenta, super quibus de dispensatione, aut illorum remissione, per eandem Sedem non constaret, seu apparet, & solvendum singulis annis in perpetuum Camera Apostolica septem mille ducatos auri de Camera in festo Beati Petri ultra solitum censum Paraphrani albi pro recognitione veri, & directi domini ipsius Regni Siciliae, & ad Leonis Praedecessoris, & Camera praedictorum requisitionem delinquentes in Terris eidem Ecclesiae meditate, vel immediate subiectis, ad dictum Regnum, & illius Civitates, Terras, & loca confugientes capi, & ad Urbem, vel alium locum remitti faciendi, sub poenis in literis Julii Praedecessoris hujusmodi contentis; dummodo idem Leo Praedecessor, & Praedecessores sui Rom. Pontifices, ac praedicta Camera ad ipsius Caroli Imperatoris, & officialium suorum requisitionem delinquentes in terris, & locis dicti Regni, ad terras, & loca Ecclesiae confugientes pariter ad eos remitteret, prout in instrumento publico desuper confecto, & in certis ipsius Praedecessoris Leonis literis de verbo ad verbum inserto, etiam plenius continetur.

Julius III. investituram concessit Philippo Secundo.

§.3. Ac demum recolendae mem. Julius Papa III. etiam Praedecessor noster praevia renunciatione praedicti Caroli Rom. Imperatoris semper Augusti dictum Regnum Siciliae, & Hierusalem cum tota terra citra Pharam usque ad confinia Rom. Ecclesiae excepta Civitate Beneventana cum ejus territorio, & districtu, ut supra inclita mem. Philippo Secundo tunc Angliae Regi, & Hispaniarum Principi pro se, suisque heredibus, & successoribus Aragoniae Regibus tam masculis, quam foeminis ex eo recta linea descendentes natis, & nascituris, ac aliis personis in concessionibus Julii, & Leonis comprehensis, & per eas vocatis in feudum perpetuum pro solito annuo censu septem mille ducat. auri de Camera, & unius Paraphrani albi solvendo, & sub conditionibus,

modis, & formis, adjunctionibus, promissionibus, clausulis, cautelis, voluntatibus, & ordinationibus in literis Julii, & concessionem Leonis contentis, quae per eandem Sedem remissa non apparent, similiter concessit, & de eo etiam ipsum Philippum Regem investivit, & dictus Philippus Rex per quondam Ferdinandum Franciscum Avolos de Aquino Marchionem Piscariae, tunc in humanis agentem, & ipsius Philippi Regis apud Julium Praedecessorem, & Sedem praedictos procuratorem specialem obedientiam, homagium, & Juramentum fidelitatis consuetum praestitit, prout in ipsius etiam Julii Praedecessoris literis plenius continetur: Quae omnia idem Philippus Rex successive per bullam suam Auream sub datum Bruxellens Anno Domini 1555. die 1. Octobris, manu sua subscriptum approbando, & acceptando confessus, fuit, & recognovit.

§.4. Postremo autem fel. rec. Clemens Papa VIII. Praedecessor noster eodem Philippo III. viam universae carnis ingresso Regnum ipsum Siciliae, & Hierusalem cum tota terra praedicta citra pharam usque ad confinia terrarum ejusdem Ecclesiae Romanae, excepta Civitate Beneventana, cum ejus territorio, districtu, & pertinentiis per se, seu ejus, & nostros Praedecessores Rom. Pontifices, distinctis, ac eorum incolis, quam sibi, & eidem Ecclesiae specialiter retinuit, & reservavit cl. mem. Philippo III. etiam Hispaniarum Regi Catholico pro se, suisque heredibus, & Successoribus Aragoniae Regibus tam masculis, quam foeminis, ex eo recta linea descendentes natis, & nascituris, ac aliis personis in concessionibus utriusque Julii, & Leonis praedictorum hujusmodi comprehensis, & per eas vocatis, in feudum perpetuum pro solito annuo censu septem millium ducat. simillium, & unius Paraphrani albi, ut praefertur solvendo, & sub conditionibus, modis, formis, adjunctionibus, promissionibus, clausulis, cautelis, voluntatibus, & ordinationibus in literis utriusque Julii, & concessionem Leonis Praedecessorum hujusmodi contentis, quarum remissionem per Sedem praedictam factam fuisse non apparet, praestite prius tamen eidem Clementi Praedecessori, ac Sedi, & Ecclesiae praedictis nomine ipsius Philippi III. Regis per bo. me. Antonii de Cardona, & Gorduba Ducem Sveviae, Somae, Varna, Comitum Calabriae, & Palemos, Vicecomitem de Irbegar, & ipsius Philippi III. Regis consanguineum, & consiliarium apud eundem Clementem Praedecessorem, & Sedem praedictam Oratorem, & Procuratorem, ac Mandatarium suum specialem, per eundem Clementem Praedecessorem admissa obedientia, atque homagio, & Juramento fidelitatis sub certa tunc expressa forma pariter concessit, & elargitus est, ac Regnum ipsum praedictum Philippo III. Regi modo, & forma praemissis infeudavit, prout in praedicti Clementis Praedecessoris sub plumbo sub Dat. Romae apud Sanctum Marcum Anno Incarnationis Do-

Eadem investitura a Clemente VIII. concessa fuit Philippo III.

Dominica 1599., quinto idus Septembris Pontificatus sui An.VIII., expeditis literis, quarum tenores presentibus pro expressis, & ad verbum insertis haberi volumus, plenius continetur.

Philippus IV. eam petit.

§.5. Cum autem, sicut Deo placuit, ab humanis exempto dicto Philippo III. Rege jure successionis una cum aliis Regnis, Provinciis, & ditionibus universis dictum Regnum Siciliae, & Hierusalem cum tota terra citra Pharum ad charissimum in Christo filium nostrum Philippum IV. Hispaniarum Regem Catholicum dicti Philippi III. Regis filium, & heredem legitime pervenerint, & idem Philippus Rex volens debitam obedientiam, & fidelitatis, ac homagii iuramentum in manibus nostris prestare, ac ea, ad quae ratione ipsius feudi tenetur, adimplere, dilectum filium nobilem Virum Franciscum de Cueva Ducem de Alburquerque, & ipsius Philippi Regis consanguineum, & consiliarium, & apud Nos, & Sedem Apostolicam Oratorem, & Procuratorem, & Mandatarium suum specialem fecerit, constituerit, & deputaverit specialiter, & expresse ad se nomine praedicti Philippi Regis, quoties opus fuerit, coram Nobis humiliter, & cum omni reverentia praestandum, ac a Nobis investituram dicti Regni humiliter petendum, eamque acceptandam, nec non Nobis nomine ejusdem Philippi Regis pro praedicto Regno Siciliae, & Hierusalem cum tota terra citra Pharum debitam obedientiam exhibendum, ac etiam fidelitatis, & homagii iuramentum ratione feudi dicti Regni praestandum, quod requisitum necessarium, & opportunum foret, ex ipsius feudi natura, & quem admodum illud praestitum fuerat a Philippo Tertio Rege praedicto, atque ab aliis Praedecessoribus suis in eodem Regno solum fuerat praestari, dans, & tribuens idem Philippus Rex praedicto Francisco Duci, & Procuratori omnem potestatem, omneque arbitrium, & auctoritatem ea agendi, & jurandi praemissa ex causa in animam suam, quae ipsemet Philippus Rex agere, & jurare posset, si personaliter ea faceret, & dictus Franciscus Dux, & Procurator in vim constitutionis, & deputationis hujusmodi ad praemissa omnia, & singula nomine praedicti Philippi Regis peragenda, & exequenda coram Nobis humiliter, & cum omni reverentia sub die 16. Septembris proxime praeteriti se praesentaverit, & in generali Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Congregatione, quae postmodum ob varia nostra impedimenta sub die 27. Octobris praesentis anni coram Nobis, in Palatio nostro apostolico in Vaticano, ad hoc specialiter convocata, & habita fuit cum pluribus Archiepiscopis, Episcopis, aliisque Praelatis ibi adstantibus nomine ipsius Philippi Regis Nobis, & Sedi Apostolicae, ac Romanae Ecclesiae praedictis obedientiam, itemque homagium, & iuramentum fidelitatis sub forma inferius adnotata praestiterit.

Concedit Gregorius.

§.6. Nos considerantes ipsius Philippi

Regis hereditariam regnandi consuetudinem, & quod sciat, & volet commissos sibi populos in pacis amantate, & justitiae cultu conservare, ac Nos, & Romanam Ecclesiam ipsius Regni proprietarios, & directos Dominos grata devotione, & fide sincera recognoscere, mandato procuraciones ipsius Philippi Regis hujusmodi publice, & alta voce in eadem Congregatione peracto, & diligenter inspecto, & considerato, ac habita super his cum eisdem Venerabilibus Fratribus nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus prius in Consistorio nostro secreto, & deinde etiam in alia simili Congregatione generali ad hoc nominatum habita in eodem Palatio nostro deliberatione matura, de ipsorum Fratrum nostrorum consilio pariter, & assensu, & ex certa nostra scientia, & de apostolica potestate plenitudine, in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti obedientiam ab eodem Francisco Duce, & Procuratore nomine ipsius Philippi Regis Nobis, ac Sedi, ac Ecclesiae praedictis, ut praemittitur, praestitam, itemque homagium, & iuramentum fidelitatis hujusmodi lato, atque hilari animo admittimus, ac Regnum ipsum Siciliae, & Hierusalem cum tota terra praedicta citra Pharum usque ad confinia terrarum ejusdem Ecclesiae Romanae, excepta praedicta Civitate Beneventana cum ejus Territorio, districtu, & pertinentiis per Nos, seu Romanos Pontifices distinctis, ac eorum incolis, quam Nobis, prout illam sibi dudum praedictae Ecclesiae specialiter retinuit, & reservavit, harum serie una cum loco Pontis curvi, ejusque Territorio Nobis, & eidem Ecclesiae specialiter reservamus, dicto Philippo Regi pro se, suisque haeredibus, & successoribus Aragoniae Regibus, tam masculis, quam foeminis ex eo recta linea descendentes natis, & nascituris, ac aliis personis in concessionibus utriusque Julii, ac Leonis, & Clementis Praedecessorum hujusmodi comprehensis, & per eas vocatis in feudum perpetuum pro solito annuo censu septem millium ducat. similibus, & unius Paraphraeni albi, ut praefertur, solvendo, & sub conditionibus, modis, formis, adjectionibus, promissionibus, clausulis, cautelis, voluntatibus, & ordinationibus in literis utriusque Julii, & Clementis, ac concessione Leonis Praedecessorum hujusmodi contentis, quarum remissionem per Sedem praedictam factam, fuisse non apparebit, omni meliori quo possimus modo concedimus, & elargimur, ac Regnum ipsum praedicto Philippo Regi modo, & forma praemissis infeudamus, eumque de illo per ipsius Francisci Ducis, & Procuratoris ad osculum Pedum nostrorum admissionem investimus.

§.7. Volentes, & intendentes, ut infra annum a data praesentium computandum idem Philippus Rex privilegium suum bulla aurea bullatum, in quo proprio Juramento fateatur, & recognoscat expresse regnum Siciliae, & Hierusalem, ac totam terram eorum, quae est citra Pharum usque ad

Cum conditionibus hic expressis.

confinia ipsius Ecclesiae Romanae, exceptis Civitate Beneventana, & loco Pontis curvi cum illorum territoriis, districtibus, & pertinentiis, quae eidem Ecclesiae remaneant praedicto Philippo Regi, suisque haeredibus, & successoribus ex sola gratia, & mera liberalitate Sedis Apostolicae, & nostra fuisse concessa, eosque recessisse, & tenere Regnum Siciliae, & terram hujusmodi a Nobis, & dicta Romana Ecclesia sub pactis, modis, & conditionibus praedictis Nobis, seu Romano Pontifici pro tempore existenti dare, & tradere teneatur.

§.8. Per praemissa autem non intendimus juri cuiuscumque in aliquo prajudicare.

Reservatio Jurium cuiuscumque competentium.

Tenor Juramenti per oratorem Philippi Regis praestiti.

§.9. Forma vero juramenti per ipsam Franciscum Ducem, & Procuratorem praestiti talis est: Ego Franciscus de la Cueva Dux de Alburquerque Marchio de Cuellar, Comes de Ledesma, & de Gulman Dominus in temporalibus de Monbeltran, & de la Godofera Serenissimi Domini Philippi Dei gratia Regis Siciliae citra Pharum, & Hierusalem, ac Hispaniarum Domini mei consiliarium, & apud Sanctissimum Dominum nostrum D. Gregorium Papam XV., & Sanctam Sedem Apostolicam Orator, & Procurator ad haec omnia specialiter constitutus speciali mandato Sanctitati Vestrae exhibito plenum homagium ligium, & vassallagium nomine ipsius Philippi Regis facien. vobis Domino nostro Domino Gregorio Papae XV., & Ecclesiae Romanae pro Regno Siciliae, & Hierusalem, ac tota terra, quae est citra Pharum usque ad confinia terrarum ipsius Ecclesiae, excepta Civitate Beneventana, ac toto Territorio, ac omnibus districtibus, & pertinentiis, secundum antiquos fines Territorii, & pertinentiarum, ac districtus Civitatis ejusdem per Romanos Pontifices distinctis, & imposterum distinguen. in animam dicti Serenissimi Domini Philippi Regis Principalis mei iuro, quod idem Serenissimus Dominus Philippus Rex ab hac hora in antea fidelis, & obediens erit Beato Petro, & Vobis Domino Gregor. XV. vestrisque Successoribus Rom. Pontificibus canonice intrantibus, Sanctaeque Apostolicae Romanae Ecclesiae, non erit in consilio, consensu, vel facto, ut vitam perdatis, seu perdant, aut membrum, seu capiamini, vel capiantur mala captione: Consilium vero, quod sibi credituri testis per vos, aut Nuncios vestros, vel per literas ad vestrum, vel eorum damnus scienter nemini pandet, & si sciverit fieri, vel tractari, seu procurari aliquid, quod in vestrum, vel eorum damnus cedat, illud pro posse impedit, & si hoc impedire non poterit, illud vobis, vel eis significare curabit: Papatum Romanum, & Regalia Sancti Petri tam in Regno Siciliae praedicto, quam alibi consistentia adjutor vobis, & eis erit ad defendendum, & retinendum, ac recuperandum, & recuperata manutenuen. contra omnem hominem universas, & singulas conditiones praedictas, & quascumque alias in literis felicis recordationis Julii

Bull. Rom. Tom. V. Par. IV.

Papae II. super ipsius Regni, & terrarum infeudatione, sive investitura confectis contentas, ac omnia, & singula, quae in eis continentur, plenarie adimplebit, & inviolabiliter observabit, & nullo unquam tempore veniet contra ea, nec procurabit per se, vel alium, seu alios quoquo modo, ut eligatur, vel nominetur in Regem, vel Imperatorem Romanorum, seu Regem Theutoniae, aut Dominum Lombardiae, seu Tusciae, etsi electionem, vel nominationem ad Imperium, seu Regnum Romanum, seu Regnum Theutoniae, vel Dominium Lombardiae, & Tusciae, aut majoris partis eorumdem de eo celebrari contigerit, nullum hujusmodi electioni, seu nominationi assensum praestabit, nec intromittet se modo aliquo de eorum, vel alicujus eorum regimine, nec de Civitate Beneventana, & suis territoriis, districtibus, & pertinentiis, seu campaniae, neque de maritima, Ducatu Spoletano, neque Marchia Anconitana, Patrimonio Beati Petri, & Tusciae, & Massae Trebariae, Romandiola alma Urbe, in Civitatibus Perusina, Civitate Castellana, Bononiensi, Ferrariensi, Avenionensi, & Comitatu Venaisino, seu aliis terris quibuscumque vestris, & feudis ipsius Ecclesiae ubilibet constitutis, ex successione, vel Legate, seu donatione, aut venditione, seu alio quovis titulo, vel contractu nihil unquam sibi acquirere, seu vendicabit, vel poterit acquirere, seu quomodolibet vendicare, & nihil unquam recipiet, vel habebit, seu retinebit, vel poterit recipere, habere, vel etiam retinere in illis, nec ullam Potestariam, Capitaniam, vel Rectoriam, nullumque aliud officium recipiet, seu recipere poterit in eisdem, seu ipsorum aliquo, nec etiam occupabit, vel occupari permittet, seu faciet praemissa, vel partem aliquam eorumdem, neque illam offendet, aut molestabit, neque etiam Rom. Ecclesiam quoquo modo sub censuris, poenisque spiritualibus, & temporalibus in conditionibus, & infeudatione praedictis contentis, quas hic haberi volo in singulis suis partibus aliis pro specifice repetitis, & expressis, schismatico, aut heretico cuiuscumque, vel a fide devio, ab ipsa Ecclesia praefixo, ejusque sequacibus, & dantibus ei auxilium, consilium, vel favorem non dabit quoquo modo, per se, vel alium, seu alios directe, vel indirecte publice, vel occulte auxilium, consilium, vel favorem, nec ab aliis, quantum in eo erit, si impedire poterit, dari permittet, sed eos juxta posse suum donec convertantur persequetur, & impugnet, sic dictum Philippum Regem Deus adjuvet, & haec Sancta Dei Evangelia. Juravi ut supra.

Ego praedictus Dux.

§.10. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae admissionis, reservationis, concessionis, elargitionis, infeudationis, investiturae, voluntatis, vel intentionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, &

Clausula poenales.

F ff Pauli